

una cum maiori sigillo nostri capituli Misnensis duximus praesentibus appendendum. Datum in castro nostro Nüssin anno domini M^o.CCC^o.LXXX^o. mensis Decembris die vicesima secunda.

Et nos Nicolaus decanus totumque capitulum ecclesiae Misnensis praedictae admissioni — confirmationi et suppletioni supradictis⁴⁾ per supradictum reverendum patrem, dominum Nicolaum episcopum Misnensem factis nostrum consensum adhibuimus et adhibemus et in evidens testimonium nostri consensus sigillum nostri capituli maius praesentibus duximus appendendum.

Nach den Originalen im Stiftsarchiv zu Meissen (A) und im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden (B), mit den grösseren Siegeln des Bischofs und des Capitels, von welchen das erstere bei A abgeschnitten ist, an violett und grünseidenen Schnüren. Eine dritte Ausfertigung befindet sich nach Pubitschka (chronol. Gesch. Böhmens VII. S. 19) im Capitelsarchiv zu Prag.

⁴⁾ praedictae absolutioni exemptioni et libertationi supradictis B.

No. 669. 1381. 29. Apr.

Der Erzbischof Johann von Prag befiehlt als apostolischer Legat der gesammten Geistlichkeit der Diöcesen Meissen, Bamberg und Regensburg die genaue Befolgung der von seinem Vorgänger Erzb. Arnest erlassenen Statuten.

Johannes dei gratia sanctae Pragensis ecclesiae archiepiscopus apostolicae sedis legatus, universis praelatis, capitulis abbatibus praepositis et conventibus quorumcunque ordinum, plebanis ecclesiarum rectoribus et ceteris Christi fidelibus tam religiosis quam secularibus per Ratisponensem Bambergensem et Misnensem dioceses legationis iure nobis subditas constitutis salutem in domino sempiternam et infrascriptorum salubrium mandatorum ac iugi studio et exacta diligentia frequentiam salutarem. Gloriosus deus etc. Sane olim recolendae memoriae Arnestus primus archiepiscopus Pragensis, praedecessor noster, in sua provincia extirpatis vitiis volens plantare virtutes, quaedam statuta provincialia ad modum et instar decretalium per articulos edidit et rubricatas, in quibus [de] reformatione morum in subditis, de honestate clericorum et vita ac statu ipsorum, ac etiam de iudiciis et contractibus succincte iuridice et pulcherrime sunt statuta, ut nedum simplices et iuris canonici et civilis notitiam non habentes, verum etiam proveci possent in statutis huiusmodi absque alia revolutione librorum multa tanquam in hortulo colligere salutifera documenta. Nos itaque in partem sollicitudinis superna dispositione vocati, ex iniuncto pastoralis officii fructum in domo domini facere cupientes, attendentes praesertim, quod ratione legationis in omnes ecclesiarum secularium et regularium rectores, clericos et praelatos sine personarum et ordinum differentia et delectu, utpote apostolicae sedis vicariatus iurisdictione paucorum et brevium statutorum, ac cum libello, qui de tribus punctis christianae religionis communiter appellatur [observantiam] ad praedictas Ratisponensem Bambergensem et Misnensem dioceses praesentibus duximus extendendam, volentes et in virtute sanctae obedientiae districte praecipiendo mandantes, ut domini episcopi dictarum dioecesium et abbates copiam eorundem infra duorum